



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Specvlvm Ivventvtis, Sive Insigniores Pveritiæ Atqve
Adolescentiae Sanctorvm**

Bosendorf, Hermann

Monasterii VVestphalorvm, 1615

Leopoldus Austriæ marchio. 15. Nouemb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42900

473

PVERITIA S. LEOPOLDI AVSTRIÆ
Marchionis & confessoris, ex oratione Francisci
Patavii 15. Nouem. Sur. Tom. 7.

Beatus Leopoldus cognomento Pius, & il-
lustri stirpe procreatus, ab infantia non se *Pudicitia.*
delicijs aut voluptatibus, quibus ætas illa ma-
ximè irretiri solet, permisit, neq; ijs quæ om-
nes faciunt pueri se accommodauit, aut cor-
rupit inter regios luxus opesq; constitutus; sed
quod eiusmodi sese vanitatibus abdicasset, in-
ter tot rerum omnium delicias, sobrius, cōti-
nens, abstemius, & in carne præter carnem vi- *Magna vi-*
ta & puritas
uere cernebatur. Adeo ut plurimi, qui eius vi- *& inno-*
tam memorant scriptores eius innocentiam *centia.*
admirentur, solumq; adolescentem dicant ea-
rum rerum expertem quas fert adolescentia.
Huic non equi non canes præcipuum fuere
studium: sed diuinæ eloquia, veræq; fidei cul-
tus assiduus, cognitioq; studiosissima placue-
re. Sæpius enim sacris codicibus videbatur in- *Amor con-*
tentus, nec facilè à rerum diuinarum contem- *templatio-*
platione, seu operatione vacuus inuenieba- *nis.*
tur. Genitore vita functo, regni habenis hære-
ditario iure suscepitis, populos natura feroceſ
ea moderatione animi gubernauit, vt eis non
præesse sed prodeſſe curaret, & se recto-
rem & exemplum ad bene bea-
teq; viuendum subditis
præberet.

Gg 4 VITA